



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LII. Dominus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

domicilium, quamvis sola possessionis ratio non faciat, quem incolam. l. *liberius* 17. §. *sola* 5. ff. *ad munic.* tamen hoc procedit, quando quis animi sui motum aliter non declaravit, secus si voluntatem suam circa domicilium constituendum expresse, neque in sola declaratione animi steterit, sed domum ibi emerit, & habitare coeperit, tunc actum sufficit, licet maiorem partem bonorum ibi non habeat. Gloss. in l. *cives*. C. de incol. confer. omnino l. *unum* de process. diff. 4. n. 6. sed si de animo expresso non constat & aliquis in diversis locis bona habeat, ibi praesumitur habere domicilium, ubi maxima patrimonii quantitas sita; nam in dubio ibi videtur habere animum potissimum commorandi. Conf. *Mev. p. 8* dec. 260. n. 3.

Ex dictis patet, quod ille, qui in aliquo loco (1.) habitare incipit, (2.) animum habet perpetuo ibi manendi, donec aliud eum evocaverit, domicilium ibidem habere dicatur. l. 7. C. de incol. l. 20. §. 27. ff. *ad municip.* Ita ergo studiosi, Legati, officiales aulici non videntur in loco, ubi commorantur, domicilium constituisse, cum ob solam officii rationem ibimet subsistant. Carpz. lib. 6. Resp. 38. sicut nec mercatores in loco, ubi per gulam conduxerunt. l. 19. §. 2. ff. de iudic.

Declarat: ut de hoc animo constet vel expresse vel tacite, ut si quis per 10. annos in aliquo loco fuerit commoratus, l. 2. C. de incol.

CAP. LII. Dominus.

Axioma I.

Cuiusque competit libera facultas de re sua pro lubitu suo nomine disponendi, ille est Dominus.

Ratio est in *lin re mandat*. 21. C. *mandat*. Conf. l. 6. §. *fin.* C. de *sec. nupt.* Ita ergo usufructuarii tutores & Curatores non sunt Domini, sed saltem loco Dominorum l. 56. §. 4. ff. de *furt.*

Limit. ut procedat, nisi lege vel conventionem libera dispositio prohibeatur. De quo *Tit. instit.* quib. alien. lic. vel non.

II.

Olim Dominus etiam hodie dominus praesumitur. Gl. & Dd. in l. *fruct.* C. de *probat.* Bald. & Bart. ad l. 1. C. de *confess.* Balb. de *prescript.* l. *thes.* 4. q. *quest.* 1. Covarr. cap. *possessor.* p. 2. §. 1. num. 1. Everhard. in loc. *Top. loc. a prater.* ad *pres.* Mascard. *concl.* 511. 874. 1074. 1346. *quest.* 3. Menoch. lib. 1. *pres.* 48. num. 5. Alex. *conf.* 47. n. 12. Gomes ad §. *sic itaque* n. 27. *Instit. de act.* Corn. *conf.* 24. per tot. lib. 4. *incip.* licet in *themat.* & *conf.* 109. videtur in *princ.* 52. Et hoc intelligitur si aliter, ut dicit Alex. *conf.* 69. in *causa* & *lit.* & lib. 3. col. 2. *vers.* accedit. vid. Socin. in l. 1. col. 2. n. 21. ff. de *acquir. poss.* ubi hoc limitat & declarat. add. Alciat. de *presumpt.* 21. q. 2. Ratio, quia dominium habet naturam perpetuam: E. qui dicit illud amissum aut mutatum, debet probare. Menoch. lib. 6. *pres.* 62. n. 3. & *segg.*

III.

Dominus qui semel factus est, amplius Dominus fieri nequit. l. 4. §. *lana.* ff. de *usu cap.* §.

sic itaque *Institut.* de *act.* ubi Gomes n. 13. vid. *infra* M. cap. *Meum.*

IV.

Nemo est Dominus suorum membrorum. vid. *infra* cap. *Membrum.* add. Carpzovius 2. *constitut.* 21. *definit.* 1. num. 1. & p. 4. *constitut.* 1. *definit.* 11. n. 3. v. *text.* in l. 13. ad L. *Aquil.* Bach. 2. *disposit.* Treutl. 32. *th.* 5. D.

V.

Dominorum hortari est imperare & legem ponere. l. *jubemus.* 4. C. ad L. *Ful.* repet. Joh. Goedd. *Conf. Marp.* 25. n. 64.

CAP. LIII. Dominium.

Conf. Tit. Rei Vindicatio.

Axioma I.

Dominium ex possessione praesumitur & probatur, l. *sicut* 8. §. *et si ff. si serv. vind.* l. ult. C. de *rei vind.* Dd. in l. 2. C. de *probat.* Afflict. in c. 1. n. 18. *vers.* *decimo.* de *contr. inter Dom. & fidel.* Rip. in cap. *sep.* n. 2. *vers.* *quintum commodum de restit. spoliat.* Gail. 2. *observ.* 45. in *fin.* Carpzov. p. 2. *jur. forens.* *conf.* 14. *definit.* 25. n. 9. Vafq. lib. 2. *contr. illustr.* c. 70. n. 18. Cujus rei ratio esse videtur, quod dominium a possessione ceperit, & possessio ad dominium sit quasi quoddam antecedens, ut ait Tennen. *caut.* 11. n. 7. Unde quod interdum ex possessione dominium probari posse negetur, id accipiendum est eo in casu, quo dominium deducitur principaliter, sicut fit in rei vindicatione, Guid. Pap. q. *quest.* 28. Ant. Fab. in *Cod. lib.* 4. *tit.* 14. *def.* 3. n. 9. per l. *Titia.* 48. de *solut.* Carpz. p. 1. *conf.* 16. *def.* 24. secus si incidenter deducatur, ita Bart. in l. *sicut* 1. §. *si queratur ff. si serv. vind.* quem sequuntur Bald. in l. *indicia.* n. 3. *vers.* *si vero deducitur.* & in l. *cum res num.* 10. C. de *probat.* & in l. *non ignorat.* C. de *his qui accusar. non poss.* Rip. in l. *rem qua nobis.* n. 12. ff. de *acquir. poss.* Campeg. in *tractat.* de *restit.* reg. 339 *vers.* 4. Lanfr. de *Orian.* in *tract.* de *restit.* num. 143. Schneidew. ad §. *equè.* *Instit.* de *action.* n. 20. Guid. Papæ *decis.* Gratian. p. 28. Boër. *decis.* Burdegal. 42. n. 8. Menoch. de *presumpt.* lib. 6. *presumpt.* 63. n. 11. Mascard. *concl.* 539. n. 9. & *conclus.* 36. n. 25. Gail. 2. *observ.* 46. in *fin.* Fulv. Pacian. lib. 2. de *probat.* c. 37. n. 18. Bald. *conf.* 37. n. 3. vol. 5. Aretin. *conf.* 148. in *fin.* Barbat. *conf.* 80. n. 7. *vers.* *præterea est.* vol. 1. Calcan. *conf.* 31. num. 11. Dec. *conf.* 221. n. 4. Alex. *conf.* 10. n. 3. vol. 4. Alciat. *resp.* 319. n. 1. Socin. *sen. conf.* 122. vol. 4. Socin. *jun. conf.* 135. n. 3. vol. 2. Parif. *conf.* 75. n. 44. vol. 4. Cephal. *conf.* 63. n. 13. vol. 1. Simon. *Pistor.* *conf.* 5. n. 4. vol. 1. Utran. *conf.* 6. n. 10. vol. 1. Menoch. vol. 8. *conf.* 725. n. 35. Joseph. Ludov. *decis.* Lucen. 54. n. 15. quod multo magis obtinet in probatione temporis immemorialis, quia tali tempore probato censetur & probatum dominium, Mynf. 1. *observ.* 30. Schwanem. lib. 2. *process.* *Cammer.* c. 18. n. 48. Sic dominium per investituras probari, ajunt Felin. in cap. *cum causam.* de *probat.* Gozadin. *conf.* 94. in *fin.* Bursat. *conf.* 27. n. 7. communem dicit Mich. Grassi. lib. 1. *opin.* 5. *quasi.*